









1737.

1. Hartel, Franciscus Kristianus: *De iure circa prougas.*
2. Henne, Philipp. Charles: *De legibus ad practicam  
Tractatio.*
3. Hunold, Fridericus: *De Concordia Germaniae..*
4. Mertens, Casparus Trigulus: *Breviario iudicium seu  
sententio nautum s. f. 3*
5. Rotermann, Joannes Michael: *De jure iurando aetibus  
invalidis affecto.*
6. Schorckius, Hieronymus Fridericus: *Poco, quod iustum  
est circa revocationem donationis.*
7. Schorckius, Hieronymus Fridericus: *De officio iuris et  
imponendo iuramento vel suppletorio vel purgatorio.*
8. Stahl, Ios. Joannes, Facult. medicæ decanus Rectori  
Generali s. p. d. (ad Reipublicam mag. Joannis.  
Kuendii Vogelii) ... intent.

9. Stroeker, Cons. W. Melius, Facult. iurisprud. decanus 1  
et . . . Dissertationem in ang. (Fonsi Draphi Loeschen)  
iuritat.
10. Stroeker, Cons. W. Melius, Facult. iurisprud. decanus:  
et . . . Dissertationem in ang. (Fonsi Daniellis Herk.  
brandi) . . . iuritat. 16
11. Stroeker Cons. W. Melius, Facult. iurisprud. decanus: 16  
et . . . Dissertationem in ang. (Fonsi Friderici  
Merckelii) i . . . iuritat. 17
12. Stroeker, Cons. W. Melius . . . et . . . Dissertationem  
in ang. . . . (Lepori Josephi Mertens). . . iuritat.
- 13<sup>1<sup>st</sup></sup> Stroeker, Cons. W. Melius: Dr. iure nutriens  
justus expressa hypotheca a marito constituta est.  
2 Sept. 1737 - 1754.

14. Stroeller, Carolus Wilhelmus: *De expostione variorum  
ancorum ad fores templi*.
15. Stroeller, Carolus W. Wilhelmus: *No solutione triennali*.  
--
16. Stroeller, Carolus Wilhelmus: *De specificatione jurata*.
17. Stroeller, Carolus Wilhelmus: *De incendio*.
18. Stroeller, Carolus Wilhelmus: *De eo, quod pristinam  
est civem in refectione*.
19. Stretz, Dr. Petrus, Facult. iuridicae decanus  
et ... Dissertationem in ang. (Stephani Ferdinandi  
Fichtneri) ... invitat.
20. Stretz, Dr. Petrus, Facult. iuridicae decanus:  
... et ... dissertationem in ang. (Francesci  
Christiani Haertlein) ... invitat. - .



H. Vogelius, Dranes Fraciscus: Observatio inay. jun'ca,  
sistens cantelos quodam ante - vel - et post praevidens.  
observata signas

17318

1737, 9a

FACVLTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
CONR. WILHELMVS  
*& tredfer/ JC*TVS,

PRÆLAVDATÆ FACVLTATIS ET JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFES-  
SOR COD. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS,  
ET CONSVL PRIMARIVS,

AD

AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM  
*ad L. Septimo. 12. ff. de stat. homin.*

ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
*AD DIEM XIV. FEBRVARII, MDCCXXVII.*

LECTOREM BENEVOLVM  
PERHUMANITER INVITAT.

---

ERFORDIÆ,  
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.

1915



## REGALITATIS JURIDICAE

DECANAS

COR. A. H. ELMAS

Quicquid tunc

112

VADIMENDA EDITIONEM GASSORIAN

# Dissertationem inauguralem

## PROTOMEN BENEVOLEM



Vicinque certos terminos hominum nativitati  
statuunt, agnoscere sanè & fateri coguntur,  
generationem hominis miraculosum Dei opus  
esse, utpote quod ex singulati illius providen-  
tia, ac sapientissimo arbitrio mere dependet, propterea  
licet ex communiori ac frequentiori nascendi tempo-  
re ferè certi afferantur nativitatis termini, omnipoten-  
tia tamen divina iis alligata haud est, sed multoties ar-  
bitrii sui superioritatem in maturiori aut seniori partu,  
uti in exitum, ita & in initia vitæ declarat. Quando  
igitur, ut sæpius iterumque fieri videmus, contingit, ut  
aliqui ante vel post à quibusdam sibi imaginatum vel  
præconceptum tempus in lucem producantur, ideo non  
statim, ut quidam erroneè defendere conantur, infallibili-  
tia illiciti & præposteri concubitus argumenta adsunt,  
divinæ siquidem ordinationis arcana temerè in crimen  
vocare, hominemque, aut foeminam ratione vitæ ante  
actæ irreprehensibilem in quæstiones & diffamationes  
probrosas præcipitare, tam impium est, quam inju-  
stum. Ex diversissimis enim JCtorum, Medicorum at-  
que Philosophorum de partu sententiis satis superque  
colligere licet, quam vaga, fluxa, multisque ambiguita-  
tibus obnoxia sit definitio temporis, intra quod na-  
scendi honestas circumscribenda, hæ diversæ opinio-  
nes demonstrant, illas temporis definitiones densissi-  
mis quasi in tenebris confici & in admirando isto na-  
turæ mysterio fere nihil constans reperiri. Olim de

partu ante nonum vel post mensem decimum edito  
nulla fuit disputatio, sed legitimum non esse, definitum fuit. Ast cum exemplis successu temporis aliud  
edocti simus, & rationes in contrariam allatae sat con-  
cludentes viderentur, legitimum pariendi tempus ul-  
trà & quidem ad initium mensis undecimi extensum  
fuit, Nov. 39. C. 2. quamvis & interdum pro ratione cir-  
cumstantiarum judex partum mense duodecimo post  
mortem patris editum pro legitimo declarare possit,  
si nempe de mariti prædefuncti viribus constet, ut pau-  
lo ante mortem generare potuerit, viduaque, mo tuo  
eo, honestam sine labe vitam duxerit, atque partus  
perfectio nimio moerore aut adversa valetudine retar-  
data fuerit. LEYSER. medit. ad pandect. specim. 15. medit. 1. Terminum nativitatis à quo si consideremus,  
passim JCti, Medici & Philosophi inter se dissentunt,  
alii partum dierum 163, alii dierum 168, alii quinque-  
mestrem, & sextimestrem, alii septimestrem, & octi-  
mestrem admittunt, quod ipsum fasius ac eruditè de-  
monstrat BONAVENT. VRBINAS tr. de Octimest. part.  
lib. 6. C. 1. Quinquemestrem & sextimestrem illegiti-  
mum censem plurimi ZACHIAS quest. med. legal. lib. 1.  
tit. 2. q. 10. n. 17. RAVCHBAR. p. 2. q. 29. n. 29. Septi-  
mestrem verò licet initio septimi mensis, die nimirum  
centesimo octogesimo secundo, natus fuerit, perfe-  
ctum & maturum agnoscent viri peritissimi fundantes  
se in L. 12. ff. de Stat. homin. & L. 3. §. 12. de suis & le-  
git. bæred. WERNHER. Vol. 1. p. 1. O. 153. BERGER.  
Oecon. jur. lib. 1. tit. 2. tb. 2. LEYSER. cit. loc. medit. 2.  
Verum cum Imperator in d. L. 12. & L. 3. §. 12. in hac  
materia physica non suum, sed alienum, puta Hippo-  
cratis

cratis, judicium secutus fuerit, iis legibus non ita  
stringimur, quod minus, aliorum Medicorum experi-  
mentis edocti ab iis recedere possimus, & partum vi-  
vum ante mensem septimum in lucem editum legit-  
imum agnoscamus, potissimum cum dissentientes de  
modo computandi menses in d. LL. non conve-  
niant, alii Hippocratem menses lunares, qui secundum  
suam periodum in 27. dies & 8. horas, vel secundum  
suam Synodus in 29. dies & 12. horas extenduntur,  
STRAVCH. in breviar. chron. hb. 1. c. 5. alii Solares, qui  
30. diebus communiter circumscripti sunt, intellexisse  
credunt. RICHTER. decif. 89. n. 2. RAVCHBAR hb. 2.  
q. 24. n. 10. Deinde in cit. L. L. nullum verbum addi-  
tur alios maturius aut citius natos injustos esse liberos,  
argumentum quod exinde ab Interpretibus a contra-  
rio sensu literae, & non à contrario sensu rationis de-  
fumitur, firmiter haud concludit. EVERHARD. top. leg.  
loc. à Contrar. sens. n. 21. nam hanc collectionem; ju-  
stus dicitur initio septimi mensis & die 182. natus; er-  
go omnes antea nati sunt illegitimi, ratio non com-  
probatur, quia rationibus physicis, præclarissimorum Me-  
dicorum authoritati & experientiae repugnat. Allegat  
enim AMMAN in med. crit. cas. 1. matronas aliquot ho-  
nestissimas, ex quibus duæ intra 6. menses ediderint  
gemellos, qui diu superstites manserint, idemque atte-  
statur cas. 68. & 75. facultatem medicam Lipsiensem  
& de partu sextimestri & de quinquemestri legitimo  
respondisse. Plura adducit exempla MEV. Conf. 110. n  
171. seqq. conf. STRYK. U. M. ff. hb. 1. tit. 5. §. 14. adeo  
que omnino possibile, naturale, nec novum est, quin  
to vel sexto mense perfectum & vivum infantem na-

sci posse, ita, ut perinde ac alius mense septimo natus  
testamentum rumpat, aliisque commodis fruatur, nec  
Parentes præsumptionem anticipati concubitus, cæ-  
teris paribus, incurant, nec legitimum ex parte fœ-  
minæ indicium illiciti coitūs aut adulterii, consequen-  
ter nec divortium, nec repudium operetur, modò ta-  
men de bona ipsius fama, vitaque honeste & decorè  
gestâ constet, circa quam materiam occasione L. 12. ff.  
de stat. homin. publicè ex cathedrâ fusius discurret

NOBILIS ET CLARISSIMVS

DN. JOANNES ADOLPHVS  
LOESCHERVS,

Natus is Rochlicii die V. Cal. Septembr. MDCCXII.  
Patre Viro Summe Reverendo atque Eximio Dn. JOANNE  
CASPARO LOESCHERO, SS. Theol. Doct. Et tunc tempo-  
ris Rochlicienstum Pastore & Superintendentem, nunc vero Pa-  
store & Superintendentem Leisnicensi, matre vero JOHAN-  
NA CHRISTIANA, MELCHIORIS LANGII olim  
Martisburgensium Consulis filia. Posteaquam vero  
eos annos attigit, ut bonis artibus ac disciplinis, quibus  
puerilis ætas impertiri solet, operam navare potuerit,  
nullas quidem scholas publicas frequentavit, fideli ta-  
men parentis sui, quin & privatorum præceptorum  
institutione eo progressus est, ut ad altiora adspirare  
sibi licuerit. Unde in alma Lipsiensi Academia d. VIII.  
Calend. Maji Rectore Viro Magnifico Dn. JO. HENR.  
KLAUSINGIO civibus academicis adscriptus est, ubi  
per integrum biennium commoratus ab ore celebrer-  
timorum Virorum pependit. Et quidem in Philoso-  
phia

phia præceptorem habuit Dn. JOECHERV M *Historiar.* Prof. Publ. Ord. in Jure vero D. Gottlob THOMASIVM *Institutiones Justinianeas* inter privatos parientes explicantem, D. FLORENTEM RIVINVM, *Facult. Jurid. P. P.* & D. Traugott THOMASIVM utrumque in Pandectas commentantem, deinde D. GRIEBNERI *Facultatis Jurid. t. t. Ord.* prælectionibus in *Jus Canonicum* itemque *Jus Publicum* interfuit. Tandem audivit D. CONRAD. STIEGLIZIVM *Jus Geologicum* explicantem.

Post hæc Professores etiam Witebergensis Academiæ inclutos audire libuit, ubi in album Musarum Witebergensium relatus est V. Cal. Maji M DCC XXXIII.

Ibidem in Physica experimentali, item Medicina forensi præceptorem nactus est Patruellem beatæ memorie D. MARTINV M GOTTHELFF LOESCHERVM, *olim Physics Prof. Publ. Ord.* Ad pleniorum vero Jurisprudentiæ scientiam facem sibi prætulisse asserit D. AVG. LEYSERV M, *Reg. Polon. & El. Sax. a Consilii Aulicis, & Fac. Jur. Prim. in doctis explicacionibus ad Pandectas & Struvii Compendium, (sub cuius auspiciis etiam in publicis disputationibus Opponentis munere aliquoties functus est,) ut & D. JO. FRID. WERNHERVM in Collegio Practico tandemque D. BASTINELLERVM in prælectionibus ad Schilteri *Jus Canonicum.**

Cum ergo & in hac academia biennium absolvisset tandem patriam repetit, Dn. Parente vero non ita multo post Leisnicium vocato, summa benevolentia Viri Præcellentis Dni JO. FRID. SEYFRIDI, *Reg. Pol.*



Pol. & Elect. Saxon. a Consiliis Commissionum & Prefecti  
Leisnicensis non levem illi subministravit occasionem;  
Acta Praefectoriae Leisnicensis quotidie perlustrandi, &  
Theoriam Juris in succum & sanguinem convertendi.  
Tandem acquisitam Jurisperitiam in honorem Dei &  
emolummentum Reip. conferre secum constituit.

Quod, ut eō felicius procederet, ad Hieranam no-  
stram sese contulit, petiitque ab Ordine nostro admis-  
ti ad examen Doctorandorum rigorosum, honestissi-  
mæ ejus petitioni assuimus, textus ex utroque iure  
elaborandos ei communicavimus, quos ante ipsius  
examen bene resolvit & in ipso examine se tales praes-  
titit, ut eum non solum ad reliqua Doctorandorum  
specimina admiserimus; sed etiam supremis iurium  
horribus dignum judicaverimus. Proinde XIV. Fe-  
bruarii lectionem cursoriam ad p̄cevit. L. 12. ff. de Stat.  
homin. & hac finita disputationem inauguralem

DE EO QVOD JVSTVM EST  
CIRCA  
**REVOCATIONEM DONA-  
TIONIS,**

habet. Ad quos actus soleennes Magnificus Univer-  
sitatis Rector, cæterique Domini Proceres & jurispru-  
dentiae Cultores perhumaniter invitantur. Publ. sub  
Sigill. Facult. Jurid. die 10. Febr. M DCC XXXVII.

(L. S.)

WBI8



SL f





B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



1737, 9a

1915.

FACVLTATIS JVRIDICÆ  
D E C A N V S,  
CONR. WILHELMVS  
Streßer/ JC<sub>TVS</sub>,

PRÆLAVDATAE FACVLTATIS ET JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFES-  
SOR COD. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS,  
ET CONSVL PRIMARIVS,

AD

AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM

*ad L. Septimo. 12. ff. de stat. homin.*

ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

*AD DIEM XIV. FEBRVARII, MDCCXXXVII.*

LECTOREM BENEVOLVM  
PERHUMANITER INVITAT.

E R F O R D I A E,

Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.